Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Vos omes qui transitis per viam adtendite et videte si est dolor sicut dolor meus quo vindemiavit me ut locutus est in die
ire furoris sui. Mem. De excelso misit ignem in
ossibus meis et erudivit me. Expandit rete pedibus me
is convertit me retrorsum. Posuit me desolatam tota die
tam merore. Nun. Vigilavit iugum iniquitatum mearum in
manu ei convolute sunt imposite collo meo. Infirmata est virtus mea dedit me dominus in manus de quibus non potest surgere
Samech Abstulit dominus omnes magnificos meos de medio
meorum vocavit me adversum me tempus ut conterat electos meos.
Torcular calcavit dominus virgini filie iude. Ain. Idcco
ego plorans et oculus meus deducens aquam quia longe factus est a me consolator convertens animam meam factus sunt filii mei p
dita quoniam valuerunt inimici. Pe Expandit sion
manus suas nec est qui consoletur eam. Mandavit dominus adversus iacob
in circuitu eius hostes eius facta est ierusalem quasi polluta
ministruis inter eos. Sade Iustus est dominus quia os eius ad iracun
diam provocavi audite obsecro universi populi et videte dolo
rem meum. Virgines mee et iuvenes mei abierunt in capti
vitatem. Coph Vocavi amicos meos ipsi deceperunt me
Sacerdotes mei et senes mei in urbe defecerunt quia quesierunt
cibum sibi ut refocillarent animas suas. Res Vide domine
quoniam tribulor venter meus conturbatus est. Subversum est
cor meum in memetipsa quoniam amaritudine plena
sum. Foris interficit gladius et domi mors similis est. Sen.
audierunt quia ingemisco ego et non est qui consoletur me. Omnes
inimici mei audierunt malum meum letati sunt quia tu
fecisti. Adduxisti diem consolationis et fient similes
mei. Thau. Ingrediatur omne malum eorum coram te et vindemia eos sicut vindemiasti me propter iniquitates meas.
Multi ut gemitus mei et cor meum merens. Alef Pe.
Quomodo obtexit caligine in furore suo dominus filiam sion. proiecit de celo in terram inclytam israel nec recordatus est scabelli pedum suorum in die furoris sui. Bet Pre